Del Sacro monte 133

DE CANONIZATIONE SANCTORVM COMMENTARIVS,

HOC EST, DE DEFINITIONE, AVCTORITATE, & Antiquitate; deq. cauſis, & ordine iudiciario Canonizandi Sanctos;

De miraculis item, ac de rebus, quæ veram declarant ſanctitatem, necnon de honoribus, qui Sanctis debentur;

DEQ. INFALLIBILI . CATHOLICÆ . ECCLESIÆ . CERTITVDINE AD . CANONIZATIONEM . PERTINENTE;

Additis cæremonijs in ea obſeruari conſuetis, ac declaratis; Sanctorumq. Canonizatorum Catalogo accedente;

Et in hac ſecunda Editione multis rebus auctus, & illuſtratus,

AVCTORE F. ANGELO ROCCHA CAMERTE AVGVSTINIANO Epiſcopo Tagaſtenſe, & Apoſtolici Sacrarij Præfecto.

AD S. D. N. PAVLVM V. P. M.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMAE, *Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt.* M. DC. X.

CVM . PRIVILEGIO . ET SVPERIORVM . AVCTORITATE.

SANCTISSIMO PATRI ET. DOMINO. NOSTRO PAVLO. QVINTO PONT. MAX.

SVperioribus annis (Beatiſſime Pater, & vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor) peropportuna Beatum Raymundum canonizandi occaſione ſeſe exhibente, Commentarium de Canonizatione Sanctorum conſcripſi, conſcriptum verò, amicorum, & præſertim Prælatorum (quorum cauſa ob ſuffragia ab iiſdem quoque pro Sanctis canonizandis ferri conſueta hoc ſuſcepi onus) rogatu, vel potius hortatu typis mandandum curaui, quippe qui nullum huius generis de Canonizatione Librum, niſi aliquid, & perparum quidem inter alia conſcribenda

DE SANCTORVM Canonizatione Commentarius.

SANCTITATIS. NOMEN VNDE. ORIGINEM trahat. Cap. I.

NOs de Sanctorum Canonizatione verba facturi, ab ipſiuſmet Canonizationis definitione Commentariũ noſtrum auſpicabimur, Eloquentiæ latinæ Patrem hoc loco imitaturi, ex Ariſtotelis doctrina dicentem: Omnis enim, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur. Antea verò quàm definitionem aggrediamur, nominum etymologiam explicare libet, vt ad ipſam definitionem indagandam facilior nobis reddatur aditus. *Cic. lib. 1. de Off.* *Ariſtot. 6. Topic.*

Sanctum ab Ethnicis nonniſi à ſanguine hoſtiæ nuncupatum narrat Iſidorus in ſuo Etymologiarum libro: *Nihil enim apud eos,* (inquit) *dicebatur ſanctum, niſi quod hoſtia ſanguine fuiſſet conſecratum, aut conſperſum.* In veteri etiam lege omnia ſanguine animalium in ſacrificijs ſanctificabantur, aut mundabantur, Beato Apoſtolo teſte, qui ait: *Et omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* *Iſid. lib. 15. cap. 4.* *Hebr. 9.*

Hac ratione Beati omnes in cælo exiſtentes, ſancti dicuntur, req. ipſa ſunt, quia in ſanguine Agni immaculati à ſuis peccatis mundati olim fuerunt, iuxta illud

factum celebratur. 11. Eiuſdem apparitio miraculoſa. ibidem.
Stephani Papæ factum explicatur. 100
Subcontrariæ propoſitiones poſſunt eſſe ſimul veræ. 104
Suetonius de miraculis, ſeu potius admirandis Veſpaſiani. 50
Suffragiorum forma, ſiue ſententiarũ, quæ dicuntur in Conſiſtorio ſemipublico pro Canonizatione præſtanda. 79. 80
Suitbertus, primus in Sanctorum numerum relatus iuxta ſolemnem canonizandi formam. 9
Symeonis Metaphraſtis Martyrologium. 7

T

TEſtis oculatus pluris eſt, quàm auriti decem. 65. in fine.
Teſtes ſingulares in re ſingulari nihil probant. 65. quique etiam ſcientiæ cauſam non reddunt. ibid.
Teſtes examinandi in Canonizatione alicuius quomodo eſſe debeant. 65
S. Thomæ, & S. Auguſtini opiniones de Samuelis ſuſcitatione. 32. 33. & ſequ.
Thomæ Aquinatis opinio de ſuſcitatione Samuelis. 33. 35. & 36
S. Thomas & S. Franciſcus ſcientiam de Chriſto crucifixo edocti. 28. 29. 30. 31.
S. Thomas Doctor Angelicus, imaginem Chriſti cruci affixam miraculosè loquentem meruit audire: & quænam audiuerit. 58. in fine, & 59
Tot miracula fecit, quot quæſtiones determinauit. ibid. Splendidiſſimũ Eccleſiæ Catholicæ lumen. ibid.
Temporum diuturnitas eſt veritatis magiſtra & lucerna. 62
Temporis filia eſt veritas. 62
S. Thomæ opinio de infallibilitate Eccleſiæ in Canonizatione Sanctorum. 87
Eiuſdem opinio declaratur. 88
Troyli Maluitij opinio de primo Canonizato. 9

V

VEritatis magiſtra & lucerna, eſt temporum diuturnitas. 62
Veritas eſt filia temporis. ibid.
Veſpaſiani Imperatoris admiranda, ſed non miracula; & cur ita. 49. 50. 51
Veſpæ, apes, & muſciliones ex quibus generentur. 36
Victor Vticenſis de Vuandalorum perſecutione. 8
Virtute naturæ quæ fieri non poſſunt, nec à Dæmone fieri queunt. 36
Viſiones in ſpiritu, non in corpore viſæ ſunt à Prophetis. 18
Vmbra quid ſit. 44. ſub init.
Vmbra ſua B. Petrus homines ab ægritudinibus liberabat. 44. ſub init.
Vſus fructus ſimplex denudatus ab omni iure ac dominio, atque proprietate tàm in ſpeciali, quàm in communi explicatur. 105

Z

ZElus Dei non ſecundum ſcientiã, quid nam ſit, explicatur. 74

FINIS.

ROMÆ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

M. DC. X.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA